Διάβολε, ὅτι ἡμεῖς τῆς φωνῆς σου οὐκ ἀκουσόμεθα, καὶ ταῖς ἡδοναῖς σου οὐκ ἔτι λατρεύσομεν. Χρὴ δὲ ἐν τῷ ἀγῶνι ἱκετηρίους φωνὰς ἀναπέμπειν τῷ Θεῷ μετὰ τῶν λεγόντων, ὅτι οὐκ ἔστιν αἰσχύνη τοῖς πεποιθόσιν ἐπί σοι. Καὶ νῦν ἐξακολουθοῦμεν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ, καὶ φοβούμεθά σε, καὶ ζητοῦμεν τὸ πρόσωπόν σου· μὴ καταισχύνῃς ἡμᾶς, ἀλλὰ ποίησον μεθ' ἡμῶν κατὰ τὴν ἐπιείκειάν σου, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου· ἐξελοῦ ἡμᾶς κατὰ τὰ θαυμάσιά σου, καὶ δὸς δόξαν τῷ ὀνόματί σου, Κύριε, καὶ ἐντραπείησαν πάντες οἱ ἐνδεικνύμενοι τοῖς δούλοις σου κακά, καὶ καταισχυνθείησαν ἀπὸ πάσης δυναστείας, καὶ ἰσχὺς αὐτῶν συντριβείη, καὶ γνώτωσαν, ὅτι σὺ εἶ, Κύριε, ὁ Θεὸς μόνος, καὶ ἔνδοξος ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην. Κἂν ὑπερμανὴς γενόμενος ὁ Τύραννος ἐκκαύσῃ τὴν κάμινον τῶν ἡδονῶν ἑπταπλασίως, ἀλλὰ θαρσείτωσαν οἱ ἐπὶ Κύριον πεποιθότες, ὅτι ἡ κάμινος μετ' ὀλίγον εἰς δρόσον μεταβληθήσεται, καὶ ὃν πάλαι ἐδεδοίκεισαν Τύραννον, αὐτὸς τοῦ λοιποῦ τὴν σκιὰν αὐτῶν τρομάσει, διὰ τὴν ἐξ ὕψους ἐπιγενομένην αὐτοῖς βοήθειαν. Μακάριοι τοίνυν τὸν ἁγιασμὸν φυλάσσοντες ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ ἐλέει, ὅτι βαθείας εἰρήνης ἀπολαύσουσιν αὐτῶν τὰ μέλη, τῆς ψυχῆς αὐτῶν εὐφραινομένης ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Μηδεὶς δὲ πεποιθέτω ἀνέσεως ἐπιτεύξασθαι, ὑπήκοον ἑαυτὸν παρέχων τοῖς τοῦ Ἐχθροῦ θελήμασι· διότι αὐτὸς ὁ Τύραννος ὡς δορυαλώτοις καταχρήσεται αὐτοῖς, περισπῶν εἰς πᾶν ἔργον δυσσεβείας, καὶ τῶν μὲν τὰ σώματα ἐν Σοδομιτικαῖς πράξεσι διαφθείρων καὶ καταμολύνων αἰσχρῶς· ὡς γυναικός, φησί, πεῖραν οὐκ εἰληφότων, παρθενίαν ἑαυτοῖς ἐπιφημίζειν παρασκευάζει, ἐσπιλωμένοις οὖσιν ὅλῳ τῷ σώματι. καὶ ἐν τούτοις ὡς ἐλευθέρους τῆς ἁμαρτίας παρασκευάζει σεμνύνεσθαι ὁ Ἐχθρὸς, τῆς χολερᾶς σταφυλῆς καὶ τοῦ πικροῦ βότρυος ἐμφορῶν αὐτούς. ὢ τί δεινὸς ὁ πόλεμος; ὢ τί χαλεπός; διὰ πόσων τρόπων παρασκευάζει ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους παροργίζειν τὸν Κύριον ὁ κάκιστος θηρευτής; Μακάριοι οἱ μὴ πεσοῦντες ἐν ἀμφιβλήστρῳ αὐτοῦ· εἴγε καὶ ἐμπεσοῦντες διέρρηξαν τὰ δίκτυα αὐτοῦ, καὶ ἐξείλαντο ἀποδράντες αὐτοῦ, ὥσπερ ἰχθὺς ἐκ σαγήνης διασωθείς. Ὁ γὰρ ἰχθὺς ἐν τοῖς ὕδασιν ὑπάρχων ἐὰν ἀγρευθεὶς διαρρήξῃ τὸ δίκτυον, καὶ ἑαυτὸν κατὰ τοῦ βυθοῦ ἐλάσῃ, σώζεται· ἐπὰν δὲ ἑλκυσθῇ ἐν τῇ ξηρᾷ, βοηθῆσαι ἑαυτῷ οὐ δύναται. οὕτω καὶ ἡμεῖς, ἐφ' ὅσον ἐσμὲν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, ἐξουσίαν ἔχομεν ἐκ Θεοῦ διαρρῆξαι ἀφ' ἑαυτῶν τὰ δεσμὰ τῶν θελημάτων τοῦ Ἐχθροῦ, καὶ ἀπορρίψαι τὸ

A Diabole, nos voci tuæ aurem non præbituros, nec voluptatibus tuis amplius servituros. Oportet autem in certamine supplices ad Deum voces emittere cum iis qui dicunt: *quoniam non est confusio confidentibus in te*. (*Psalm. 68. Daniel. 3.*) Et nunc sequimur te toto corde, ac timemus te, & quærimus faciem tuam. Ne confundas nos, sed fac nobiscum juxta mansuetudinem tuam, & secundum multitudinem misericordiæ tuæ.
B Erue nos secundum mirabilia tua, & da gloriam nomini tuo, Domine: & confundantur omnes, qui ostendunt servis tuis mala, & confundantur ab omni potentia, & robur eorum conteratur: & sciant, quia tu es, Domine, Deus solus, & gloriosus super universum orbem terrarum. Et licet vehementer insaniens Tyrannus septuplo fornacem voluptatum succenderit; tamen confidant qui
C spem posuerunt in Domino, quod paulo post fornax in rorem mutabitur: & quem antea timuerunt Tyrannum, ipse deinceps eorum umbram contremiscet propter auxilium, quod iis supervenit ab alto. Beati igitur, qui sanctificationem custodiunt in humilitate atque misericordia: quoniam profunda perfruentur pace membra ipsorum, dum eorum anima in Spiritu sancto lætabitur. Nemo au-
D tem se quietem consecuturum confidat, si obsequentem se hostis voluntati præbuerit: quia ipse Tyrannus iis tamquam mancipiis abutetur, ad quodcumque opus impium eos pertrahens: aliorum quidem (*Rom. 1.*) corpora sodomiticis actionibus corrumpens turpiterque commaculans; ut cum fœminæ congressu abstineant, persuadeat eis, de virginitate sibi blandiri, cum tamen toto sint corpore coinquinati: atque in
E his, tamquam a peccato sint liberi, efficit inimicus, ut glorientur; (*Deuter. 32.*) dum amara eos uva & racemis acerbissimis explet atque infercit. O acerbum atque difficile bellum! Quot modis efficit pessimus Venator, ut nos homines ad iracundiam Dominum provocemus! Beati qui non inciderint in retia ejus; vel certe si inciderunt, disruperunt ejus laqueos, & exiluerunt ab eo profugientes, ut piscis
F e sagina salvatus. Nam piscis in aquis constitutus, si captus perruperit rete, seque in fundum impulerit, salvatur: at cum extractus in terram fuerit, sibi amplius opem ferre non potest. Sic & nos donec in hoc sæculo versamur, potestatem a Deo habemus disrumpendi a nobis vincula earum rerum, quas cupit inimicus, abjiciendique grave onus